

Theophilus. *Qui sophystice* ^{a)} *loquitur, odibilis est* ¹⁾. Tu ergo te ipsum reprehende, qui in sacris scriptis cavillari ausus es. Prohibetur igitur episcopus ex his quę Dei sunt aliquid contingere vel propriis parentibus condonare, non quod cibum vel vestitum ipse non continuat ^{b)}, aut parentibus vel quibuslibet ^{c)} egenis deneget, sed ne predia et possessiones ^{cc)}, quę a fidelibus oblata sunt, aliquatenus ^{d)} alienare presumat.

Eutitius. Quod si episcopus hac auctoritate contempta propinquis vel amicis quę Dei sunt donare presumpserit, quid faciendum ^{e)} censes?

Theophilus. Nichil ^{f)} censeo, nichil ^{f)} iudico: *Est qui querat et iudicet* ²⁾. Interim tamen ^{g)} audi simpliciter, quid sacra auctoritas contineat. Karolus ^{h)} Magnus ³⁾ et filius eius ^{h)} Ludovicus ⁱ⁾ cognomento Pius ⁴⁾, fortissimi sanctę ecclesię tutores, antiquas canonum sanctiones inviolabiliter conservantes, de rebus ecclesię non dividendis sic in suis ^{k)} edictis ^{k)} septuagesimo septimo dicunt capitulo ⁵⁾: *Res ecclesię vota sunt fidelium, precia* ^{l)} *peccatorum et patrimonia pauperum. Statuimus ergo, ut neque nostris neque filiorum vel* ^{m)} *successorum nostrorum fidelibus* ⁶⁾, *qui nostram vel* ⁿ⁾ *progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, ullam penitus iacturam aut divisionem patiantur.* Rursus de hisdem ^{o)} rebus ecclesię, quibus et qualiter dividantur, in ^{p)} eodem ^{p)} libro ^{p)} capitulo octogesimo ^{q)} ⁷⁾: *Statutum est, ut quicquid a fidelibus tempore nostri imperii ecclesię sponte collatum fuerit, in ditioribus locis duas partes in usus pauperum, tertia* ^{r)} *in sti-*

a) sophistice BC; p aus s korr. B. b) a über g B, contingat C. c) libet über der Zeile A. cc) poss. BC. d) aliquatinus B. e) faciendum (?) A. f) nihil C. g) autem C. h) Die Worte von Karolus bis eius von jüngerer Hand unterstrichen A. i) Ludolucus B; Hludouicus C. k) von jüngerer Hand unterstrichen A. l) pretia C. m) et C. n) folgt Rasur von 2 Buchstaben A. o) iisdem C. p) von jüngerer Hand unterstrichen A. q) octosimo B. r) tertia BC; tertiam ergänzt D (nach Ansegis).

¹⁾ Eccli. 37, 23.

²⁾ Joh. 8, 50 (D).

³⁾ Das folgende Capitulare Ludwigs ist bei Ansegis irrtümlich unter die Capitularien Karls geraten, vgl. Anm. 5.

⁴⁾ Zum Gebrauch des Beinamens vgl. oben S. 25 Anm. 35.

⁵⁾ Ansegisi Capitul. I c. 77 (Capitul. reg. Franc. 1, 405); vgl. Waitz, Verfassungsgesch. 4, 185 Anm. 2 (D). Auf dieses Capitulare verwies auch Hincmar von Reims 868 im Schreiben an Karl den Kahlen zur Verteidigung Hincmars von Laon (!), ed. Goussset S. 297; Migne, PL. 125, 1040.

⁶⁾ temporibus Ans. (D).

⁷⁾ Ibid. p. 406 (D).